IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



doctissimi. Sexaginta enim ex senario & de
nario multiplicantur: & p senarium ppter
pfectionem uel pceptoꝝ. uel operū. nouū testa
mentum figuratur: P denarium ppter deca
logum. uetus testamentū designatur: Et dimi
diam partem galaad. astaroth. Jedrai. urbes
regni og in basan. P dimidiam partē galaad:
dimidium illud uerę scientię exprimitur:
de quo apls loquitur: Videmus nunc p specu
lum in enigmate: tunc autē facie ad faciem.
Nunc cognosco ex parte: tunc autē cognoscam
sicut & cognitus sum. P astaroth. quod oui
lia dicitur: societas spiritalium exprimitur:
p quam salus eterna acquiritur: P edray. q
inundatio maloꝝ interpretatur: diuersitas
temptationū & piculoꝝ designatur: quibus
pfecto continentium examinatur: Astaroth.
& edray. urbes regni og in basan esse descri
buntur: quia & spiritalis uitę societas. & tēp
tationū utilitas. utraq; x p i regis grē asscribun
tur: sicut ipse discipulis suis loquitur: Non
uos me elegistis. sed ego elegi uos: & posui uos.
ut eatis & fructum afferatis: & fructus uester
maneat. Hinc etiā est illud apostoli testimoni
um ostendentis. quę sit utilitas temptationum.
Scimus ait: quō diligentib dm. omnia cooperantur
in bonum. Filiis machyr. filii manasse: dimi
dię parti filioꝝ machyr: iuxta cognationes
suas. Filiis machyr: qui restituet. uel uenun
dabit. uel de infirmitate dicitur: talis uel sci
entię uel uirtutum hereditas diuinitus tribu
itur: quia continentium ordo. exactę uitę
negligentiam restituit p penitentiā. uenun
datus p obedientiā: & p humilitatem ueram.
recognoscens infirmitatem ppriam. Unde filii
machyr: filii manasse recte describuntur: quia
qui populum suum & domum patris obli
uiscuntur: obedientię necessitate constrin
guntur: quia manasses oblitus. ul necessitas
dicitur: Dimidię parti filioꝝ machyr posses
sio datur: quia ordo continentiū qui carne
in terris peregrinatur: mente & uita in cę
lis conuersatur: Iuxta cognationes suas.
mundi amatoribus exosas: sicut discipulis
suis ipsa loquitur ueritas. Si de mundo fu
issetis: mundus qd suum erat diligeret. Quia
u de mundo n estis. sed ego elegi uos de mun
do: ppterea odit uos mundus. Hanc posses
sionem diuisit moyses in campestrib mo
ab. contra iordanem: contra iericho. ad
orientalem plagam. Moyses possessionē
diuidit: cum legis lator. uel uirtutum
successionem. uel cęlestis regni hereditatē
describit. In campestribus moab. qui ex pa
tre dicitur: quibus interna delectatio exp
mitur: qua ipse in monte synay. loquens
cum deo reficitur: Contra iordanem. futu
ram intendens remunerationē: contra ieri
cho. supnam aspiciens ierlm. Unde cum
ei hanc deus ostendit: sic ad eum ait. Hęc
est terra: p qua iuraui abraham. ysaac. &
iacob. dicens. Semini tuo dabo eam. Vidisti
eam oculis tuis: & non transibis ad illam.
Ad orientalem plagam: p illuminantem
se sci spiritus grām. ad ueram dei se exten
dens noticiam. Tribui autē leui. non dedit
possessionem: quō dns deus israhel ipse est
possessio ei: ut locutus est illi. Quē uersum
quia in pcedentibus exposuimus: repetere
hic omittimus. SEQVITVR.

Cap. XIV.

HOC EST. quod possederunt filii
israhel in terra chanaan. quam dede